

Ceteras.

361

non offendetim eis in thesauris meis.
Et dixit elias ad ezechiam. Audi verbū
 domini exercitū. Ecce dies veniet et au-
 ferentur omnia que in domo tua sunt et
 que thesaurizauerūt patres tui usq; ad
 diem hanc in babilone. Non relinque-
 tur quicq; dicit dominus. Et de filiis tu-
 is qui erunt de te quos genueris tol-
 lent et erunt eunuchi in palacio regis ba-
 bilonis. Et dixit ezechias ad eliam. Bo-
 num verbum domini quod locutus est.
 Et dixit. Fiat tū par et veritas in dieb;
 meis.

CXL
Quoniam consolamini consolamini po-
 pule meus dicit deus vester. Lo-
 quimini ad cor hierusalem et ad-
 uocate eam: quonia; completa est mali-
 tia eius dimissa est iniquitas illi. Su-
 scipit de manu domini duplicia p omni-
 bus peccatis suis. Vox clamantis in de-
 serto. Parate viam domini: rectas faci-
 te in solitudine semitas dei nostri. Dis-
 vallis exaltabitur et omnis mons et col-
 lis humiliabitur et erūt praua in directa
 et aspera in vias planas. Et reuelabitur
 gloria domini et videbit omnis caro pa-
 ter q os domini locutus est. Vox dicentis
 Clama. Et dixit. Quid clamabo? Dis-
 caro fenum et omnis gloria eius qsi flos
 agri. Erucarum est fenum et cecidit flos.
 quia spiritus domini susflavit in eo. Ve-
 re fenum est populus. Erucarum est fe-
 num et cecidit flos. Verbum autē domini
 manet in eternum. Super montem ex-
 cellsum ascende tu qui euangelizas sion.
 exalta in fortitudine vocem tuā qui euā-
 gelizas hierusalem. Exalta noli timere.
 Dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester.
 Ecce dominus deus in fortitudine veni-
 et et brachiū ei dominabitur. Ecce mer-
 ces eius cum eo et opus illius coram il-
 lo. Sicut pastor gregem suū pascet in
 brachio suo cōgregabit agnos et in sinu
 suo leuabit feras ipse portabit. Quis mē-
 sus ē pugillo aquas et celos palmopon-

derauit? Quis appendit tribus digitis
 molem terre et librauit in pondere mon-
 tes et colles i statera? Quis adiunxit spi-
 ritum domini aut quis consiliarius eius
 fuit et ostendit illi? Cum quo inijt consi-
 lium et instruxit eum et docuit eum semi-
 tam iusticie et erudiuit eū scientia et viā
 prudentie ostendit illi? Ecce gentes qua-
 si strilla stule et quasi momentum staterę
 re reputate sunt. Ecce insule quasi pul-
 uis exiguis et libanus non sufficiet ad
 succendendum et animalia eius non suf-
 ficient ad holocaustum. Omnes gentes
 quasi non sint sic sunt coram eo et quasi
 nihilum et inane reputate sunt ei. Cui er-
 go similem fecistis deum? aut quā ima-
 ginez ponetis ei? Nunquid sculpsit cō-
 flabit faber aut artifex auro figurabit il-
 lud et laminis argenteis argentarius?
 Forte lignum et imputribile elegit arti-
 fex sapiens: querit quomō statuatur simula-
 crum q non moueatur. Nunquid non
 scietis? Nunquid non audistis? Nunquid
 non annuntiatus est vobis ab initio? Nun-
 quid non intellexistis fundamentū ter-
 re? Qui sedet super gyrum terre et ha-
 bitatores ei sunt quasi locuste. Qui ex-
 tendit velut nihili celos et expandit eos
 sicut tabernaculum ad inhabitandum.
 Qui dat secretorū scrutatores quasi nō
 sint iudices terre velut inanes fecit. Et
 quidem neq; plantato: neq; sato: neq;
 radicato in terra trunco eorum. Repen-
 te flauit in eos et aruerunt et turbo qua-
 si stipulam auferet eos. Et cui assimila-
 stis me et ad equalistis dicit sanctus. Leua-
 te in excelsu oculos vros et videte quis
 creauit hec. Qui educit in numero mili-
 tiam eorū et omnes ei nomine vocat. Pre-
 multitudine fortitudinis et roboris vir-
 tutisq; eius: neq; vnum reliquum fuit.
 Quare dicit iacob et loqueris israel: ab-
 scondita est vita mea a domino et a deo
 meo iudicium meū transibit. Nunquid
 nescis? aut non audisti? Deus sempiternus.

b.